

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Historia Marchionum Badensium & Hachbergensium - Cod. Karlsruhe 3293 II 10**

**Gamans, Johannes**

**St. Peter auf dem Schwarzwald, 1758**

Caput I.

[urn:nbn:de:bsz:31-267058](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-267058)

Cap. 32.

7.

De Marchionibus Hochbergensibus Rudolphi I. Baden-  
 sensis Patruolibus Rudolpho et Hermanno, deque  
 Rudolphi huius filio Henrico II. et nepotibus Hen-  
 rico III. Rudolpho II. et Friderico.

Cap. 33.

De Hermanno IX. Friderici II. filio, et de Friderico III.  
 ac Rudolpho Wecker, Rudolphi IV. filio, Marchionibus  
 Badensibus.

Cap. 34.

De Marchionibus Hochbergensibus Cinea Hochbergica  
 Ottone, Joanne, et Hesone Henrici V. filio, et Cinea  
 Susenbergica Ottone ac Rudolpho V. Henrici IV. filio.

Cap. 35.

De Rudolpho VII. Marchione Badensi Friderici III. filio.

Caput I.

Hermannus I. Marchio Badensis non  
 fuit gente Italus.

Multorum fuit hac persuasio, ab Italia ve-  
 nisse hunc Principem, et suis, quas illic habuerat,  
 possessionibus hanc Rheni amantissimam Oram pro-  
 optasse; qua occasione venerit, et sub quo Casare, non  
 satis inter ipsos convenit, quemadmodum observat  
 Christophorus Besoldus Jure Cons. nostra aetate cele-  
 berrimus in Libro, quem inscribit: Thesaurum

8. practicum verbo Baden via Marggwa Pfufft:  
Alij, inquit, Marchiones hos Crenissimos ex urbe  
Romana accersunt, et ab Ursinis ortos esse fabulan-  
tur; Quidam ab antiquis Gothorum Regibus et Sea-  
ligeris Verona Dominis /: qui ex illis /: deducere volunt.  
Plerique nec Ursinorum nec Scaligerorum mentione  
facta a Comitibus seu Marchionibus Veronensibus  
ortos esse, et Hermannum Verona Marchionem a  
Friderico Cenobardo, cui obfes traditus fuerit, hinc  
primum Legionibus impositum, et Principem Im-  
perij constitutum vulgo persuasi sunt. Pro prima  
opinionem de Ursinis citat Besoldus Franc. Jrenicus,  
quem nos infra audiemus, et Petrum de Andlo l. i.  
de Imperio Romano cap. 15. Hieron. Henninger  
Tabularum Genealog. part. I. p. 239. Hermannus  
Marchio Veronensis, qui Imp. Friderico Barbar. mi-  
litans cum ipso, Italia relicta, Germaniam in-  
gressus est circa an. Chr. 1155: cumq; hoc magis  
ipsi quam Italia arrideret, Imperator ipsi Imulthā  
/: alias Juditham, qua alibi soror Imultha nomi-  
natur, sepulta Barchena an. 1162. /: ultimi Comi-  
tis Bradensis et Hockbergensis filiam despondit,  
addita dotis loco Ditione Bradensi, quam in Mar-  
chionatum et Principatum Imperij sublimavit.  
Factus itaq; primus Marchio Bradensis et Hock-  
bergensis magna pietate, sapientia et prudentia

9.  
Subditos gubernavit, atq; Imperatori in rebus  
difficillimis, armis, et consiliis adhesit, donec tandem  
annis et laboribus exhaustus diem clausit extre-  
mum circa ann. 1160. Seb. Münsterus l. 3. c. 260.  
Anno Chr. 1153. Fridericus I. Imp. ex Italia rediit se-  
cum adduxit Hermannum Veronensem consanguineum  
suum: cui cum arriueret Germania, cepit Veronam,  
et obtinuit in matrimonium Iuditham Comitatus  
Badensis et Hochbergensis heredem, quem Comitatus  
Imperator in Marchionatum commutavit, ac præfa-  
tum Consanguineum suum Marchionem ac Princi-  
pem Imperij appellavit.

Elias Rensperus operis geneal. part. I. Hermannus  
Comes Veronensis et Paduanus Fridericum Barbarosam  
Imp. sanguine sibi junctum, ex Italia rediit se-  
cutus cum Germania ipsi arriueret, nuptiis Iudithæ  
Comitissæ Hochbergensis agros illos secus Rhenum,  
ubi hodie est Marchia Badensis consecutus, et ab  
eodem Imperatore in Marchionem et Principem  
Imperij est investitus circa an. C. 1153.

Idem in Isagoge historica: Hermannus Marchio  
Veronensis cum Friderico I. Imp. Italia relicta Ger-  
maniam ingressus primus ab ipso creatus est  
marchio Badensis et Hochbergensis an. 1155.

10. Wolfgangus Lätius de gentium quarundam mi-  
grationibus l. 8. Hermannus I. marchio Veronensis  
filius, obfles ex Italia ductus a Triderico I. circa an.  
1150. fertur primus agros beneficio Rom. Imp. eos  
accepisse secus Rhenum, ubi hodie Badensis marchio  
fita cernitur.

Idem Auctor ejurd. Operis l. 12. postquam recensuit  
Verona Principes, qui sub Longobardorum Regibus  
ejus Urbis dominium habuere, Gisilbertum, Tang-  
rulfum, Hiltelprandum, Peredum, Ambrosium  
Milionem subdit, qui hos secuti sint, incertum  
credendum autem est, fuisse germanos. Henrici  
sane IV. tempestate Hermannus et Wezilone Marchio-  
nes Paduani ac Veronenses claruerunt, qui ob se-  
ditiones relicta Italia in Germaniam profecti sunt,  
unde processerunt Marchiones ab Hochberg et Mar-  
chiones Badenses, qui adhuc supersunt. Porro  
his sive sua sponte Latium reliquentibus sive  
pulsis a factione Italica successerunt Marchiones  
Effenfes Erzinius, Actius &c.

Idem Lätius nusquam sibi constans, quod hic  
de Hermannus et Wezilone dicit, alibi s. libro suil.  
octavo: de Wezilone et Adalberone narrat, utq;  
translatos in Germaniam an. 1140. et tamen à  
Friderico I. s. non attendens, quando hic ad Im-  
perium

17.  
perium pervenerit: / ceu obsides, Marchionum ve-  
terem titulum retinuisse: Addit et aliam fabel-  
lam: Conceperat, inquiens, illis Fredericus Dētio-  
nem, quam Conradus ac Bertholdo Zaringensibus  
ademerat, proscripsit videlicet, quod se prosapia Du-  
cum Suevia ab Hohenstauffen subinde opponerent,  
et Ducatum Suevia nunquam non et occultis consi-  
liis, et aperto Marte ambirent, affectarentque.

Franciscus Erenicus, cui patria Ellingia fuit,  
unum e nobilioribus Marchio-Badensibus oppidis  
annis abhinc 150. Collegij Divae Catharinae in Heidel-  
bergenfi Universitate Praeceptor, in libris, quos inscribit,  
Exegesis Germaniae l. 3. c. 102. haec habet: Nunc  
in memoriam nostram nobilissimo Stirpis Marchio-  
num Ortus cadet, retulerunt autem eorum origi-  
nem Badenses: ut quidam dicunt: / à Veronensibus  
Marchionibus àn. Salutis MCLIII. Fredericus I. Rom.  
Imp. unum Veronensium Marchionem ex Visinorum fami-  
lia profatum, urbe capta, Obsidem secum detulit, ut ei  
per vallem Tridentinam liberior pateret regressus. Huius  
postea filium in Castrum Hochbergense collocatum, ar-  
mis ac nomine Marchionis insignivit, qui lumina sine  
virili femine claudens, incolas induxit ad constituen-  
dum alium Marchionem sui generis, a quo Badensium  
progenies exordium sumpsit. Ea tempestate Comitatus  
tantum regio Badensis fuisse memoratur, ac per-  
ferendum: ut vocabulo barbaro loquar: / acquisitus.

Hæc sub Marchionis Joannis sigillo litera ferme con-  
 tinent. Secundum alios antiquissimus omnium Her-  
 manus in Marchionem evasit, qui primus se princi-  
 pem gessit, salutis a<sup>n</sup>o MCXX. Unde antiquior ra-  
 tio temporis Marchionatus illi inferatur, et qua multis  
 annis sæcula Friderici Imp. excedit, cui sententia  
 palmam do, ac calculum nostrum eo lidensij adicio,  
 dum apud Hermannum Chronographum s: de Hermanno  
 contracto loquitur: in expeditione ad terram sanctam  
 Hermannum Marchionem Badensem profectum viderim  
 conveniunt mecum, qua in memoriam ejus in Ec-  
 clesia Barchinensi consecrantur, cujus prima  
 fundamenta ipse jecit. Hucusq; Frenicus.

Manuscriptum Germanicum in Badensi Capcellaria  
 repertum, quo Marchiones tum Badenses tum Hochber-  
 genses usq; ad Christophorum I. enumerantur, ut ex  
 inde liquet, circa initium superioris sæculi, id est,  
 circa an. 1500. ab aliquo de Consiliariis aut Secre-  
 tariis Marchiacis exaratum fuisse, hæc verba conti-  
 net: *Hausach folgt das kinst. Elytium das Loh  
 Elytium Margraff zu Sarrum im Gochberg,  
 und das Graff zu Gochberg, Gorb und Guigebel  
 Graff zu Pforsheim; das rure pforib nach Spi-  
 si dussid linben Geron Gabist 1105. Jahr, Goy  
 Anff den Sprung den Winde jined Normand auß  
 Malgland, und bracht mit jineu anfften O Jon  
 Geron Geronen Geron von Annonie s: zu anff  
 Jantf Bern zu Lombardia gnuant: / das jine  
 uafur joneus war; Elyt. In wollen, das*

so den Kaiser Anstriben jagt, die andern die  
 setzen, so jagt ihm List und Dinstweil etwas  
 zu sagen, mit seinem Namen und Ofen dem  
 Kaiser zu Trübsland kommen, das zu einem zu an-  
 lüstigen, als dem geseh, was ihm die Land  
 mit seinem Gold und Thron so wohl gefallen,  
 das so seinem Namen und Ofen die Kaiser  
 zu einem anordnet mit unerschütterlicher  
 List, das ihm die Kaiser Könige und Princes,  
 als die grüdigsten Herrn und Ofen in Trübs-  
 land wohl angesehen, so wohl so sich alle Herrn  
 schick an den, und in Lombardien Anstriben,  
 das ihm die Kaiser grüdig zu jagt, und sich  
 mit solich List mit grüdigem freundlich Willen  
 im Ofen annehmen, damit so im Kaiser den ihm  
 angesehen würde, Anstriben ihm Anstriben  
 Sutha ein Erbvolk so die Grafschaft Berom und  
 Garbnag, maeste die genannte Grafschaft  
 Baden zu einem Markgrafen, und seinem Namen  
 Hannen Namen zu den zu einem Markgrafen  
 die Grafschaft Baden, und ein Fürsten In 3. B.  
 Rom: Kaiser.

His Authoribus et documentis deceptis, inquit  
 Besoldus sup. cit. / ipsimet Marchiones Majores suos  
 a Veronensibus descendisse arbitrati sunt. De-  
 ceptionis ansam occasionemque ostendit